

L'article 2 garantit la transmission des héritages sans frais entre parents et moyennant le droit de vente entre ceux qui ne le sont pas.

ville unum livroul (1) bladi per podrigiam et unum bichetum [.... Item prior debet] habere nuncium qui allocet et per villam eat, commandando panem ad faciendum ; qui nuncius habeat pro voluntate domini panis de pasta ; quod si termino statuto allocationis, requisitus fuerit nuntius de quoquendo..... secundam requisitionem alterius diei facere debet. Excipiuntur enim furni de vico de Palude et de Chalme, in quibus prior et ecclesia nichil habent.

31. Item prior et ecclesia debent furnare bichetum.....,.... per villam, et pro quolibet bicheto bladi mensurati ad bichetum ipsorum, debent habere manuatum bladi ad manum venditoris.

32. Item. Ecclesia vel mandatum ipsius habet in sexaginta potis vini venalibus [deneriatam] vini, et obolatam pro quarta quam debent tradere et adcomodare ; et propter hoc debent tradere et commodare potos ad mensurandum et temptandum dolia dicte ville.

33. Item. In sale grosso, habent de sextario [qui ven]ditur manuatum.

34. Item. Summata alterius salis qui vocatur *salious* a venditore habent unum denarium, et ab emptore unum denarium si revendiderit ; si fuerit in propriis usibus hospitii, nichil debet ; et propter hoc [debent] mensuram que carta vocatur commodare.

35. Item. Prior habet credentiam in dicta villa, in cibis venalibus, per quindecim dies ; sed habere debet certum nuntium qui accredita recipiat. Et si, elapsis quindecim diebus supradictis, accredita non persolverit vel reddiderit, ex tunc non habet credentiam in dicta villa quousque omnia credita fuerint persoluta.

36. Item. Prior et conventus tale banum habent in dicta villa, in mense maii, quod possunt vendere vinum legitimum et franchum, duobus denariis superadditis in quolibet poto vini vendito rationabiliter mense aprili precedenti, salva etiam libertate burgi militum, in quo possunt omnes bibere absque aliqua contradictione ; sed si de dicto burgo vinum in villa afferatur, potest serviens prioris, si afferentem vinum invenerit, vas et vinum retinere, sed aliam emendam portitor non incurrit. Sciendum etiam est quod habitatores ejusdem loci et alii vendere possunt et emere unum potum vini et plus quantum eis placuerit in mense maio supradicto.

(1) Voy. le Glossaire de Ducange au mot *LIBRONIUM*.